



Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum liberum arbitrium creaturæ possit confirmari in bono per aliquod
donum gratiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

Ad ii. dicendum, quod esse naturaliter im-
peccabile non repugnat ei, quod est habere dominium
sui actus, cum utrumque Deo conveniat: repugnat
autem ei, quod est habere dominium sui actus in na-
tura creata, quod est particulare bonum, non enim aliqua
creatura potest habere dominium sui actus, cuius sunt de-
terminatæ actiones ordinatæ ad bonum particulare.

Ad iii. Dicendum, quod quamvis non sit de
ratione potentie activa, quod deficiat: est tamen de ratio-
ne potentie activa, quod non habet in se suæ actionis suffi-
cientia principia & immutabilia, ut deficere possit.

Ad iv. Dicendum, quod quamvis posse pecca-
re, non sit pars libertatis arbitrii: consequitur tamen
libertatem in natura creata.

Ad v. Dicendum, quod creatura acquiritur et
se determinatum & particulare ab alio, unde crea-
tura potest habere esse stabile & immutabile: quã-
vis in ea non inveniatur naturaliter ratio absoluti
& perfecti boni; sed per actiones suas est ordina-
bile ad bonum absolute, & ideo non est simile.

Ad vi. Dicendum, quod felicitatem indetermi-
natam, & in universali omnis rationalis mens natu-
raliter appetit, & circa hoc deficere non potest: sed
in particulari non est determinatus motus volun-
tatis creaturae ad quærendam felicitatem in hoc
vel illo, & sic in appetendo felicitatem aliquid
peccare potest, si eam quærat, ubi quærere non debet:
sicut qui quærat in voluptatibus felicitatem, & ita
est respectu omnium bonorum. Nam nihil appetitur
nisi sub ratione boni, ut Dion. dicit. Quod ideo est quia
naturaliter inest menti appetitus boni, sed non hu-
ius vel illius boni; nisi in hoc peccatum incidere potest.

Ad vii. Dicendum, quod creatura est capax im-
peccabilitatis; sed non ita quod eam naturaliter ha-
beat, unde ratio non requiritur.

Ad viii. Dicendum, quod principium opera-
tionis recte procedentis ex libero arbitrio non est so-
la substantia & virtus siue potentia; sed requiritur
debita applicatio voluntatis ad aliqua quæ sunt ex-
tra; sicut ad finem, & ad alia huiusmodi, & ideo non
existente aliquo defectu in substantia animæ, vel
in natura lib. arbitrii potest sequi defectus in actione
ipsius, unde ex naturali immutabilitate substan-
tiæ, non potest concludi naturalis impeccabilitas.

Ad ix. Dicendum, quod Deus est causa creatu-
ræ non solum quantum ad sua naturalia, sed quã-
tum ad superaddita. unde non oportet quod quicquid
creatura habet a Deo, sit ei naturale: sed solum illud
quod Deus ei indidit instituendo naturam ipsius
& huiusmodi non est confirmatio in bono.

Ad x. Dicendum, quod felicitas civilis cum non
sit felicitas simpliciter, non habet immutabilitatem
simpliciter: sed dicitur immutabilis, quia non faci-
le permutatur. Si tamen felicitas civilis esset sim-
pliciter immutabilis, non propter hoc sequeretur, quod
lib. arb. naturaliter esset in bono confirmatum. **K**
Nam non dicimus hoc naturale, quod per princi-
pia naturæ acquiri potest, per quem modum vir-
tutes politice possunt dici naturales: sed illud, quod
consequitur ex necessitate principiorum naturæ.

Ad xi. Dicendum, quod quamvis homo natu-
raliter bonum appetat in naturali; non tamen in spe-
ciali, ut dictum est, & ex hac parte incidit pecca-
tum & defectus.

ARTICULUS VIII.

Utrum creaturae lib. arbitrium confirmari valeat in
bono, per aliquod ipsius gratia donum.

Octavo queritur, utrum liberum arbitrium crea-
turae possit confirmari in bono per aliquod donum

F gratia, & utrum, quod non gratia, non superueniens na-
tura non destruit eam. cum ergo libero arbitrio
creatura hoc naturaliter inest, quod ad malum fieri
possit, ut quod per gratiam ei auferri non possit.

¶ 1 Præ. In potestate liberi arbitrii est uti gratia, vel
non uti, nam liberum arbitrium a gratia cogitatio
potest: sed si liberum arbitrium gratia superinfusa non
utatur, decidit in malum: ergo nulla gratia superve-
niens potest liberum arbitrium confirmare in bono.

¶ 2 Præ. Liberum arbitrium habet dominium
sui actus: sed uti gratia est quidam actus liberi arbi-
trii. ergo hoc est in potestate liberi arbitrii uti vel
non uti, & sic per gratiam confirmari non potest.

¶ 3 Præ. Secundum hoc inest lib. arb. creaturae flexi-
bilitas ad malum, quod est ex nihilo, ut Damasc.
dicit: sed nulla gratia potest auferre creaturae esse
ex nihilo. ergo nulla gratia potest liberum arbitrium
confirmare in bono.

¶ 4 Præ. Bern. dicit, quod liberum arbitrium est
potentissimum sub Deo, quod de gratia & voluntate
non recipit augmentum, nec de culpa detrimen-
tum: sed confirmatio in bono superueniens libe-
ri arbitrii auget ipsum: quia secundum Augustinum in his que
non mole magna sunt, idem est esse maius quod
melius. ergo liberum arbitrium per gratiam non
potest confirmari in bono.

¶ 5 Præ. Ut dicitur in li. de Causis, quod est in alio
est in eo per modum eius in quo est: sed lib. arbitrium
secundum suam naturam est mutabile in bonum
& malum. ergo & gratia ei superueniens hoc non
in eo recipitur, quod in bono & malum muta-
ri possit: & ita videtur quod non possit ipsum con-
firmare in bono.

¶ 6 Præ. Quicquid Deus superaddit creaturae, pos-
set (ut videtur) a principio sue conditionis con-
ferre ei: si ergo posset liberum arbitrium confirma-
ri per aliquam gratiam superadditam, posset con-
firmari per aliquod inditum ipsi creaturae: spiritus
sanctus quantum ad naturam conditionem, & sic natu-
raliter esset confirmatum in bono, quod est impos-
sibile, ut dictum est. ergo nec per gratiam confir-
mari potest.

SED CONTRA est, quod Sancti, qui sunt in pe-
ccatis, ita sunt in bono confirmati, ut vltimus pecca-
re non possint, alias de sua beatitudine securi non
essent, & per consequens, nec beati: non autem hec
confirmatio inest eis per naturam, ut dictum est.
ergo hoc est per gratiam, & ita liberum arbitrium
per donum gratia confirmari potest.

¶ 1 Præ. Sicut liberum arbitrium hominis ex sua
natura habet, quod sit flexibile in malum: ita cor-
pus humanum habet ex sua natura, quod sit cor-
ruptibile: sed corpus humanum dono gratia efficitur
in corruptibile. Cor. 15. oportet corruptibile hoc
inducere incorruptionem. ergo liberum arbitrium
potest per gratiam confirmari in bono.

RESPON. Dicendum, quod circa hanc questionem
erravit Orig. voluit enim, quod lib. arb. creaturae
nullatenus confirmaretur in bono, nec in beata
nisi in Christo per unionem ad verbum. Ex hoc cau-
rem errore ponere cogebatur, quod beatitudo San-
ctorum & angelorum non esset perpetua: sed aliquis
set finienda: ex quo sequitur eam non esse veram,
cum immutabilitas & securitas sit de ratione beatitu-
dinis, & ideo propter hoc inconueniens quod sequi-
tur, eius positio est penitus reprobanda. & ideo dic-
tum est simpliciter, quod liberum arbitrium per
gratiam potest confirmari in bono. Quod quidem ex
hoc apparet. Propter hoc non naturaliter liberum arbi-
trium

D. 216.

Cz. 4. de di.
no. parte 1.
& 4.

In fol. ad 6.
arg.

1. p. 9. 63. a. 1.

trium creaturę in bono confirmatum esse non potest; quia in natura sua non habet perfecti & absoluti rationem boni: sed cuiusdam boni particularis: huic autem bono perfecto & absoluto. scilicet Deo, liberum arbitrium per gratiam vnitur. vnde si fiat perfecta vnio, ut ipse Deus sit liberi arbitrii, tota causa agendi, in malum flexi non poterit. Quod quidem in aliquibus contingit & precipue in beatis, quod sic patet. Voluntas naturaliter tendit in bonum, sicut in suum obiectum: quod autem aliquando in malum tendat, hoc non contingit, nisi quia malum sibi sub specie boni proponitur. Malum enim est in uoluntarium, ut Dion. dicit 4. cap. de diu. nom. Vnde non potest esse peccatum in motu uoluntatis. scilicet quod malum appetat, nisi in apprehensiuā uirtute defectu preexistat per quem sibi malum, ut bonum, proponatur. Hic autem defectus in ratione potest dupliciter accidere. Vno modo, ex ipsa ratione. Alio modo, ex alio intrinseco, ex ipsa quidem ratione; quia inest ei naturaliter & immutabiliter sine errore cognitio boni in uniuersali, tam boni quod est finis, quam boni quod est ad finem, non autem in particulari: sed circa hoc errare potest, ut aestimet aliquid esse finem quod non est finis, uel esse utile ad finem, quod non est utile. & propter hoc uoluntas naturaliter appetit bonum, quod est finis. scilicet felicitatem in generali, & similiter bonum quod est ad finem: unusquisque enim naturaliter appetit utilitatem suam: sed in hoc uel illo fine appetendo: aut hoc uel illo utili eligendo incidit peccatum uoluntatis; sed ex aliquo extrinseco ratio deficit, cum propter uires inferiores que intensae mouentur in aliquid, interceptur actus rationis, ut non limpide, & firmiter suum iudicium de bono uoluntati proponat, sicut cum aliquis habens rectam existimationem de castitate seruanda per concupiscentiam delectabilis appetit contrarium castitati, propter hoc quod iudicium rationis aequaliter a concupiscentia ligatur ut Philosophus dicit in 7. Ethic. Merque autem istorum defectuum totaliter a beatis tollitur ex coniunctione ipsorum ad Deum. Nam diuinam essentiam uidentes cognoscent ipsum Deum esse finem maxime amandum; cognoscent etiam omnia que ei uniunt, uel que ab eo disingunt in particulari, cognoscentes Deum, non solum in se, sed prout est ratio aliorum. & hac cognitionis claritate in tunc mens roborabitur, quod in inferioribus uiribus, nullus motus insurgere poterit, nisi secundum regulam rationis. Vnde sicut nunc immutabiliter bonum in generali appetimus, ita immutabiliter in particulari bonum debemus appetere beatorum mentes. Super naturalem autem inclinationem uoluntatis erit in eis charitas perfecta, totaliter ligans eos cum Deo. Vnde nullo modo in eis peccatum incidere poterit, & sic erunt per gratiam confirmati.

Ad primum ergo dicendum, quod hoc est ex defectu nature create, quod in malum flexi potest, & hunc defectum auferri percipiendo naturam gratia confirmans in bono sicut lux superueniens aeri auferit obscuritatem eius, quam naturaliter sine luce habet.

Ad II. dicendum, quod si in potestate liberi arbitrii est non uti habitu: tamen potest hoc ipsum, quod est non uti habitu sibi proponi sub specie boni, quod de gratia in beatis accidere non potest, ut dictum est.

Et per hoc patet solutio ad tertium.

Ad III. dicendum, quod ex hoc quod liberum arbitrium est ex nihilo, conuenit ei quod non sit naturaliter confirmatum in bono, nec hoc ei per

gratiam concedi potest, ut in bono naturaliter per gratiam confirmatum sit. Non autem liberum arbitrium. secundum quod est ex nihilo conuenit, quod nullo modo possit confirmari in bono, sicut nec acri ex natura sua inest quod nullo modo possit illuminari: sed quod non sit naturaliter lucidus actus.

Ad v. dicendum, quod Bernardus loquitur de libero arbitrio, quantum ad libertatem a coactione, quae nec intentionem, nec remissionem recipit.

Ad vi. dicendum, quod eius quod recipitur in aliquo potest considerari, & esse, & ratio. Secundum quidem esse suum est in eo, in quo recipitur per modum recipientis: sed tamen ipsum recipientis trahitur ad suam rationem, sicut calor receptus in aqua habet esse in aqua per modum aque, in quantum. Inest aquae, ut accidens subiecto: tamen aqua trahit a naturali sua dispositione ad hoc, quod fiat calida & faciat actum caloris, & similiter lux aerem, licet non contra naturam aeris. Ita & gratia secundum esse suum est in libero arbitrio per modum eius, sicut accidens in subiecto: sed tamen ad rationem suam immutabilitatis liberum arbitrium pertrahit ipsum Deo coniungens.

Ad vii. dicendum, quod bonum perfectum quod est Deus, potest esse unitum menti humanae per gratiam, non autem per naturam. & ideo per gratiam liberum arbitrium potest confirmari in bono; non autem per naturam.

ARTICVLVS IX.

Utrum liberum arbitrium in statu uie possit in bono confirmari.

Nono queritur, utrum liberum arbitrium hominis in statu uie possit confirmari in bono. & uidetur quod non; principium enim in appetibilibus est finis, ut Philosophus dicit in 7. Ethic. sicut principium in speculatiuis sunt dignitates: sed in speculatiuis intellectus non confirmatur in ueritate certitudinem scientie accipiens, nisi facta resolutione ad primas dignitates. ergo nec liberum arbitrium potest confirmari in bono, nisi postquam uenerit ad ultimam finem: sed hoc non est in statu uie. ergo liberum arbitrium in statu uie non potest confirmari in bono.

¶ 2. Præ. Natura humana non est potior quam angelica: sed angelis non est collata confirmatio liberi arbitrii ante statum glorie; ergo nec hominibus conferri debet.

¶ 3. Præ. Moror non quietatur nisi in fine; sed liberum arbitrium non peruenit ad finem suum, quandiu est in statu uie. ergo nec eius mutabilitas quietatur, quin possit in bonum & malum ferri.

¶ 4. Præ. Quandiu aliquid est imperfectum, potest deficere: sed imperfectio ab hominibus non tollitur, quod diu sunt in statu uie; uideamus. nunc per speculum in enigmate, ut dicit 1. Cor. 13. ergo quandiu homo est in statu uie, potest deficere per peccatum.

¶ 5. Præ. Quandiu aliquis est in statu merendi, non debet sibi subtrahi quod meritum auget: sed potest peccare ad meritum proficit. Vnde in laude iusti uiridis eel. 31. qui potuit transgredi & non est transgressus, facere malum & non fecit. ergo quandiu homo est in statu uie, in qua potest mereri, non debet liberum arbitrium eius confirmari in bono.

¶ 6. Præ. Sicut defectus liberi arbitrii est peccatum, ita defectus corporis est corruptio: sed corpus hominis non fit incorruptibile in statu uie. ergo nec in statu uie liberum arbitrium hominis potest confirmari in bono.

SED CONTRA est, quod beata uirgo in statu uie confirmata fuit in bono. nam de ea, ut dicit Augustinus de peccatis agitur, mentio fieri non debet.

¶ 2. Præ.

¶ 4. med.